



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Pars Prima. Magister, scimus quia veraxes, & viam Dei in veritate doces.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

attendant, sive sit dives, sive pauper. Confanguineus, vel extraneus, amicus, vel inimicus: Non enim respicit personam hominum. Et sine dubio erit Iudex integerrimus.

PARS PRIMA.

Magister, scimus, quia verax es, & viam DEI in veritate doces.

¶ Inter omnes defectus, quos potest habere ille qui administrat justitiam, genus generalissimum est, injustum, nec aequa lance administrare omnibus justitiam. Et quid non egrotat Gentiles, ut hanc maculam effugerent. Plutarchus de Rege Attaxere refert, quod cubiculatio, cui magna summa aut, si certam gratiam, aedicio, an pro se, vel alio contra justitiam obtemperet, promissam pecuniam numerari fecit: Quasi fori araria sui mandavit, ut tringenta milia aureorum ad se deferret, & allata dedit cubiculario. Accipere nam hoc tibi cum adoro, non esse pauperior; iniustus autem futurus, si ea qua patris, dedissem. Saevius melius si illam caltigularet, docendo omnes, ne peterent gratias illi, & ne provocarent superiorem ad id quod non decet, & ad justitiam laedendam, sed voluit hoc facto clementiam praevaleare.

4. Publius Rutilius dum Romae gubernaret, cuidam e servis, & amicis favorem oppositum directe justitiae denegavit. Indignatus est, & dixit: Quid mihi prodest tua amicitia, si mihi gratiam quam peto, negas? cui prudenter occurrit Rutilius dicens: Quid mihi qua tua amicitia, si me urgere cupis, ut in leges justitiae tua causa peccem? responsum revera non gentilis, sed Christiani.

Quid dicemus de justitia Alexandri, nunquam potuit induci ab Olympia sua matre, ut vitam innocenti admittet, quam vis illa novem menses, quibus eum utero gestavit, interponeret. Sed humanissime respondit, si iam parens optima de me, quamvis mercedem justam posces, hominis enim vita nullo beneficio compensatur. Rex Alchamenes quaedam munera, a Millesio librolata cum recusasset, causam rogatus tractante Plutarcho dixit: Si recipissem, pacem cum legibus habere non poteram? O mentem, inquit Plutarchus Rege dignam, qua magno, & obvio sacro legum auctoritatem anteposuit.

Simonides Poeta a Themistocle favorem justitiae contrarium pro quodam amico postulabat, cui Rex prudenter respondit: Nec tu Simonides bonus eris Poeta, nisi mensuram, & modum in canendis carminibus, qua scribis, cura veris, neque ego bonus prator, si legibus & justitia alienius proprovero gratiam.

Bias unus e septem sapientibus Graeciae dum (Iudex erat) in quendam mortis sententiam ferre deberet, ejus infelicem sortem deplorare cepit. Er replicantibus quod liberare eum posset, respondit: Necessarium quidem esse naturae condolare, a lege autem, & justitia regula discedere permissum esse.

Aristides Atheniensis cognomine justus electus in iudicem, nec amicos, nec confodales amplius curavit, & hoc non ex gravitate vel superbia, sed ne sub preterito amicitiae justitiam laedere cogere, abhorruit ab omni factione, & amicitia, ne adigeretur ad aliquid faciendum, quod justum non esset, aut cogere abstinere ab eo, quod reipublica iudicasset convenire.

Similiter quid fecit Claudius vir prudentissimus, & sapientissimus, creatus enim Iudex omnibus amicis convocatis declaravit cum omni humanitate, nodum amicitiae ab hinc dissolvendum, & eos velut incognitos, & nunquam visos a se tractandos. Timebat forte actum injustitiae a se eorum gratia committendum. Amicis in unum convocatis locum, eam, quam cum illa inerat amicitiam dissolvit, tanquam qua administrationis civitatis, rectum, ac justum institutum molliat.

Salomon a Deo sapientiam & intellectum postulabat: Da mihi Domine sapientiam, & intellectum. Sed cur? sciebat, si haec duo adessent in admiratione justitiae, reliqua in regno bene se habere. Hujus petitionis causam assignat sanctus Fulgentius dicens: Ut sciam inter justum, & injustum iudicio sciantis avide, ne mea sententia tibi incipiat displicere, & incipiat populus tuus sub meo tam parvo, & minus instructo examine laborare.

Postquam omnipotentia divina Adamum creasset in campo Damasceno, introduxit eum in paradisum terrestrem, ut Dominus esset omnium deliciarum paradisi. Revera hic actus summae benignitatis fuit, sed mox ut est transgressus praecceptum divinum, ejecit eum de paradiso voluptatis: Deus hic videtur mutabilis, dum ei primo paradisum donat, eumque ipsi postea negat. An non Adamus erat imago divinae

Fulgos. lib. 6.

Stobaeus serm. 44.

Plutarch. in Apoph. Gracorum

Anton. Melis p. 2. serm. 1.

D. Fulgen. hom. 10. de Salo. Iud.

ma-

majestatis? an non erat ita charus, & amicus Deo? cur ergo eum proferibit paradiso? si commisit errorem, Deus illius debet oblivisci, vel saltem illum dissimulare. Oblivisci? dissimulare? & quid dicitur iustitia? juxta meritum puniatur, castigetur si hoc promeritus sit, nec attendatur quod habeat meam imaginem, quod sit mihi obatus, & amicus. Gratia fuit, inquit Rupertus, quod hominem foris plasmatum in paradiso Deus posuit. Iustitia vero, quod datum peccanti ursus abstulit.

Rupertus
Abb. lib. 1.
c. 23 in G.

6. Job iustitiam a se administratam his terminis describit, iustitia inducus sum, & vestivi me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Qualis est haec metaphora, quod iustitia ita vestitur? vult dicere iustitiam ita a se administratam, sicut homines uti solent vestimentis. Maxima industria adhibetur, dum homines se vestiunt, ac in vestitu sit aliqua deformitas, vel macula, quae spectantes offendere possit. Volebat ergo dicere Job, Ita accuratè administravi iustitiam, ut abique fastu gloriarì possim. Nullus vel capillum laesi, cuiuslibet suum tribui, nemo meam iustitiam sive commutativam, sive distributivam, aut vindicativam aculeare potest. Sic divus Chrysostomus intelligit verba Job: Non fuit ex hominum genere, quae ceteris praesunt: verum ipsorum vitaturus est. Et in gloria non ita hic noster. Sed quid ille vestitus sum, inquit iudicio, hoc ergo vestitus genere exornabas.

D. Ioh. Chryso.
in Catena
Graca.

7. Rex David qualitates Messiae venditori oculo prophetico praevideus deo sic dixit. Reges eos in virga ferrea. Sed si Messias Christus noster fuit mansuetus & benignus, & omnes ejus actiones fuerint rectae, & a clementia gubernata, quomodo potuit dicere David, quod administratus sit iustitiam per virgam ferream, quae significat rigorem? quod per virgam significetur iustitia, expellere affirmat Cajetanus. Iudicium per virgam ferream aptissime significatur. Per ferrum denotatur rectitudo inflexibilis. Sic sanctus Remigius Antiodorensis: Tu reges eos in virga ferrea, id est, inflexibili iustitia, ut. PP. non in humana iustitia, quae facile mutatur: quia par. 2 fol. quod semel est iustum apud eum, nunquam erit iniustum, vel quod iniustum, nunquam erit iustum. Et sanctus Pater Augustinus: In virga ferrea, hoc est, inflexibili iustitia. Propheta ergo dicere voluit, Messiam ad id futurum inflexibilem in iustitia, ut abique ullo respectu amicitiae, vel consanguinitatis praemia bonis, supple-

Remig.
Antiod.
in Bibl.
vet. PP.
D. P. Aug.
ibida

cia malis detracturus sit. Hinc Cardinalis Bellarminus: Hic significatur potestas Christi in ecclesia, & in homines sita. Et iustitia, ut postea dicitur, tam facile bonos remunerare, & impis supplicium afficere. Sed audite quid subdit: Evidentius, qui iudicatus terram. hoc est, dicitur iudicatus in virga ferrea, sicut inflexibilis, ne hanc vos moveri passionibus, affectibus, amicitia, multo minus consanguinitate, sicut iudicatus iusti, & inculpabiles, oam iudex, inquit Lex, non dicitur nisi sit iustus, & cum iustitia iudicet. Horreatur eos, inquit Cardinalis Bellarminus, ut corrigantur iudicium, intelligantur veritatem, & ruditionem suscipiant, deinde hortatur ut corrigant pravum affectum.

8. Sed quomodo poterunt effectuales si fecerint partiales, & non sit in cura de aliquo sic observat Philo: Ideo docet bonum iudicem personas, quae iudicantur non animadvertere, sed solum negotium negotiorum sic utam nuntiam, nundamque considerare. Ego credo quod nosse Saluator historiam Epulonis, & Lazari proposuerit, ut iudices, ne sint partiales doceret. Dives Epulo, naturae debitorum solvit, & sententiam fecit ut sepeliatur in inferno, & iuxta gravitatem culpam corqueatur. Mortuus est dicitur sepultus in inferno. Similiter defungitur medicus Lazarus, & gratiosam accepit sententiam ut ab Angelis ad sinum Abrahae deportetur. Factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahae. Ille est dives, & contrariam accipit sententiam, hic est pauper, & miserabilis, & obtinet decretum favorabile, & tamen ille nummis, & amicis praevallat, hic omni auxilio destitutus fuit. Deus hoc ad iustitiam iudices docere voluit, ne magis divites, quam pauperes respiciant, sed iustitiam, & equitatem ament: debent conformari iudicio Dei, de quo ait Chrysostomus, Quam sit dives, D. Ioh. quoniam potens, quare sit alteri nocens, & famulus. Ceterum, haec omnia sunt illic munita. Ille non iugum habuit, & factus pueritur, & coronatur. Sed si hi duo ambulant in ius humanum, videlicet Lazarum ut pauperem, tumulatum fuisse in inferno, epulonem vero tanquam divitem, ad sinum Abrahae ablegatum, ut delictis frueretur.

9. Magnus vates Israhel loquens de Deo sic dixit: Deus stetit in Synagoga Dierum in me. Psal. 114. dicitur autem Deus dixit. Textum difficultiorem in omnibus Psalmis non roveni. Videmus ad sacri expolitores eum intelligere potuerunt. Deus stetit, in Hebraeo legitur Esheten quod pro-

proprie significat Deum iudicem. Per rō Deos
in plurali. Cajetanus intelligit iudices. Idem af-
fere Bellarminus. In synagoga Deorum; synago-
ga dicitur est aliquid nisi conventus iudicum à Deo
constitutus, quibus etiam nomen suum imperi-
o; quia communicavit cum illis auctoritatem
iudicandi.

Sed cur Deus velut iudex est in medio iudi-
cium? posse respondere, cum eodem ut iudi-
ces in fœderis sententias Deum in medio eorum
esse qui illos iudicabit, confiderent: Quod cer-
te in multis prodesset iudicibus, si serio cogitarent, in
consequenti iurari iudices omnes causas iudicari:
Deum (inquit) scitis id est semper assistit præsen-
tissimè ministrare, in synagoga Deorum, id est in
conventu. Et confessus iudicium, dum causas populi
iudicant. Sed Remigius Antiochensis aliam dat
explicationem super illa verba in medio. Qui est in
medio aequaliter à circumstantibus videtur, Et
quod Deus communis est omnibus, recte in medio
positus dicitur; nam certissimum est apud Ma-
thæmaticos, quod medium aequaliter distat à qua-
libet parte circumferentia. Ergo ex eo, quod
Deus sit etiam iudex in medio synagoga, cir-
cundatus à iudicibus, inferitur, eum docere vo-
luisse, ut iudices semper sint in medio, nec magis
in hanc, quam in illam partem, magis in di-
vitem, quam in pauperem, magis in nobilem,
quam in ignobilem propendunt. Hoc credo voluit
sancitum Basilium: Adjunt tibi ob oculos fra-
trum differentia, hic pauper, ille dives, hic hospes,
alibi divitem, hic iudicaveris, ne iniqua vi-
dia deivem, sublimem, pauperem, Et humilem.

10. Caput quintum Matthæi nil aliud tra-
dit quam de legibus: Non veni solvere legem
sed adimplere: ista unum, aut unum apex non præ-
terbit à lege. Et cum postea tractet de iustitia,
qua leges conservantur: Nisi abundaverit iusti-
tia vestra plus quam scribarum, Et Pharisæorum,
hauc necessarii ministri. Quin imo ait Christus
ha sunt Apostoli, qui ibunt per mundum, hi de-
fendent, iudicabunt, ferent sententias, & ut be-
nè hoc officium præstent, Erunt sicut sol, & sal:
Vos estis lux mundi, vos estis sal terra. Cur sicut
sol? Forlan, quod sicut hic planeta nunquam
quiescit, sed continuo movetur, sic iudex, & ad-
vocatus debet continuo studere, & revidere sta-
tum causa? sententiam affirmativam, vel nega-
tivam absque dilatione de die in diem debet pro-
ferre, scilicet sitibus sopitis lucra cessare. Omnia
bonè sed quis a se fecit solem non esse acceptorem
pulsurum, locorum, & regionum: omnes illu-
minati Dominicali.

minat, sive princeps sit, sive servus, sive nobilis,
sive plebejus, sive dives sive pauper. Sol omnibus
lucet, Et calorem & qualiter imperit, nec pauperi
minus, nec diviti magis concedit, sed omnibus & quo
lucet, Et calorem exhibet. Tales debent esse ju-
dices. Vos estis lux mundi.

Er Labat
i. verbo
iudex.

11. Quoad sal observandum est, illud com-
poni ex duobus elementis contrariis, quæ sem-
per litigant, igne scilicet, & aqua. Sal inquit, san-
ctus Hilarius, est in se uno continens aqua, & ignis
elementum. Et esto aqua, & ignis sibi contrarien-
tur, tamen in sale uniuertur, & hoc ideo, quia sal
non est magis partiale, erga aquam, quam ignem.
Facite ut sit partiale erga ignem, dum eum
sali inicitis, statim videbitis, quod aqua se
opponat, strideat, & strepiter; sic si eum facia-
tis partialem erga aquam, ignis indignabundus
abit, sal liquebit, & in aquam resolvitur. Sunt
duo elementa contraria, duæ partes quæ litigant,
iudex debet esse sal. Vos estis sal terra. Nulli parti
magis quam alteri favere debet. Si uni magis fa-
veat quam alteri, si sit ei cura de aliquo, altera
pars obstrepet, re proclamabit partialem, & pas-
sionatum, & suspectum te habebit. Potrò si ad-
hæreas alteri parti, desinis esse sal, argueris, vel de-
structor iustitiæ, præiudicabis tux famæ & ani-
mæ tua malum habebit. Si autem & con-
trario non sit tibi cura de aliquo, sed bilancem ius-
titiæ aequaliter libes, litigantes erunt quieti,
non murmurabunt, sed sal conservabitur in repu-
tatione sui esse. Mirum iudicis symbolum, quando
entri duo litigant inter se, iudex eos quantumvis
oppositos sicut salignam, Et aquam debet continere
pacifice non astringe potius, quam ad illum propen-
dens Quod si ad se aliquis eorum trahere contendat,
debet sicut ab igne sal statim, velocissimè resstire:
quod si remanserit, aut in igne comburi, aut in aqua
resolvi, Et perire illum oportet: unde merito Chris-
tus ad divinos iudices illos: vos estis (inquit) sal
terra.

Hilari
in Matth.

Fran. Lab.
ap. par.
conc. t. 1.
verbo ju-
dex pr. 2.

12. Cardinalis Egidius, principibus docu-
mentum tradit, non quod concertic dignitatem,
sed officium de iustitia administranda, ne sit in-
quit specularis, sed opacis princeps. Non sit instar
speculi, cujus proprietates est representate species
colorum. Sed si quærat qualia objecta repre-
senteret respondeo vicina, & non remota. Turpe
est quod iudex respiciat vicinos vel per affe-
ctum, vel per cognitionem, ne sit specularis, sed
opacis princeps. Non se ostendat partialem nec ra-
tiones unius magis, quam alterius prævalere sibi
singat. Opaci existant, nec vicinos agnoscent, nec
Diac. de
Baxa t. 3.

Egidius
de Reg.
Principis.

Didac. de
Baxa t. 3.

lib. 14. c. 2. facile contra veritatem frangantur: quippe speculares illi, ut habent inftar speculi adjunctis & vicioribus praecipari.

Proprietatem contrariam speculo habuit Verbum incarnatum, de quo sic scripsit sanctus Evangelista Joannes: Verbum caro factum est. Si sit factum, homo debet potius dicere, Verbum homo factum est, vel cum anima sit nobilior, & propinquior Deo, quam corpus, ob spiritualitatem debet dicere, verbum anima factum est, quia denominatio debet fieri à nobiliori. Voluit demonstrare se non habere conditionem speculi, quia idcirco denominati à carne voluit. Et Verbum caro factum est. Hinc Theodoretus anima enim nullo modo communicat cum Deo.

12. Dum sufficiens aliquis esset in Apostolatum loco Judæ, duo presentati fuerunt, Matthias scilicet, & Joseph cognominatus Barnabas. Apostoli ad orationem confugerunt, ut Deus ostenderet quifam sibi placeret: ostendit quem elegerit ex his duobus. Sortes miserunt, & Deo volente fors Matthias tetigit: Et cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est undecim Apostolis. Ego scire vellem, cur Deus non inspiraverit, ut potius elegeretur Joseph? An forte non aptus officio Apostolico? an forsitan non fuit illo officio dignus? quoniam imo: fuit enim sanctus, & ad illud aptissimus. Ut ergo veritas sciat, in memoriam est revocandum, Joseph fuisse fratrem Jacobi minoris, & consequenter consanguineum, & cognatum Christi. Dicere ergo servator voluit, ne dicar in hac electione fuisse partialis cum meo cognato, & me esse speculum, quod representat objecta vicina, negligam Joseph, & elegerit Matthias, qui mihi non est conjunctus. Sic Dionysius Carthusianus. Joseph, id est Barnabas fuit frater Jacobi minoris, & consanguineus Christi, sed per hoc quod Christus huic Joseph Matthiam in Apostolatum proposuit, docuit quod ex consanguinitate, aut carnali affectu non sunt homines ad Ecclesiasticam beneficia, aut officia promovenda.

Judices ex hoc poterunt discere ut sint erga omnes indifferentes, nec se permittant moveri affectibus, amicitia vel consanguinitate. Sic imitabuntur Christum cui fuit dictum à Pharisæis, non est tibi cura de aliquo.

13. Alphonsus Aragonum Rex iudicibus expressè mandavit, ut dum pro tribunali sederent, omnes passiones mitterent: Dicebat sapiens Rex, ut in iudicio, & Synodo, in sententiis, & in conven-

tibus, in quibus de rebus publicis censuratur, privatos affectus poverent, hinc sunt qui omnia sustinent. Non erunt passionati, nec partialis si aurem actori, & reo prebent. Id fecit Pellexus iudex ætate juvenis, sed iudicio maritus, hinc quidam Poëta sic canens laudavit.

Olim Pellexus juvenis cum forte sederet iudex, & actori alteram Interea digito prudens occluderet aurem? Interrogatus à suo Cur nam sic faceret? sicut actori est, mi, non, Servo alteram integram ro.

Et quis non scit etiam diabolus in iudicio esse audiendum, alias sententia erit nulla & invalida, & esto foret iusta adhuc, tamen iudex proclamaretur ut iniquus. Hinc dixit ille Poëta.

Siquis in auditis ambabus paribus nullum iudicium profert, iustum lites; exacta iustitia.

Et inter scriptores factos sanctus Athanasius dixit. Ea qua inaudita altera parte sunt, nihil habere robore, nemo mortalium ignoravit. Non propterea Romani gratia adversarios domus dominem veni, qui nondum accusatores ante oculos suos habuit, aut respondentem locum de crimine aliquo.

Et Sanctus Clemens Romanus dixit non esse æquum altera tantum parte audiri, iudicare: Etenim si alterum audiat, cum alter absit, & cum nihil ad illorum crimen responderent, iustitiam de damnatione ejus tulerit, apud Deum iustum iudicem reprehendantur.

Salvator noster, postquam audivisset patrem Pharisæorum qui volebant eum galila solvere, voluit à Cæsaribus sibi ostendi monetam: Ostendite mihi numisma eorum. Cuius est imago haec, & superscriptio: & postea tulit sententiam: Reddite ergo, qua sunt Cæsari Cæsari, & qua sunt Deo Deo. Et videntes iudicem iudiciale sine passione, acquirerunt, nec sciverunt quid responderent, sed obmutuerunt: Et audientes mirati sunt, nec replicarunt, vel ad aliud tribunal appellarunt, sed relicto eo abierunt. O iudicium integerrimum, & iudicem inemendabilem.

14. Nonnulli censuerunt, iudicem debere cernere manibus & oculis, hoc est nullum debere spectare, ita ut de illo possit dici, non respicit personam hominis, nec admittit munera. Ut inquit ait Poëta, qui coloribus & vestibus effugiem calamo expredit.

Dionysius

Car. in c.

Act. 1. B.

Dignitas natura facit portenta: sed iustum. Duplex deficiens perficit illa modo. Quis manibus caret, atque oculis, perfectus habetur. Ni carat, merito mancus habendus erit.

Et alter non minus doctè subiunxit.

Si manibus truncus iudex, si lumine captus, Quis vult in nostro dicere iura foro.

Sine oculis, hoc est, Non respicias personam hominis. Hunc in finem iudices Athenienses Areopagi nocte pro tribunali sederunt, & advocatos eorum audierunt, ut non attendent loquentes, sed ea que dicerentur. Et hinc mos apud illos insolent, ut coram absconditi sententiam dicerent.

15. Christus parabolam decem virginum, quarum quinque erant prudentes, quinque fatuæ, iustodit: Simile est regnum caelorum decem virginibus que accipientes lampades suas, &c. Omnes ad nuptias admitti prætegebant; sed sapientes sententiam habuerunt favorabilem, & fatuæ admittæ: Venit sponsus, & que parate erant intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Accedunt postea quinque fatuæ, & invencientes ostium clausum intromitti postulant; Domine, Domine aperi nobis, Sponsus acclinat se ad fenestram, atque illas repellit, sed audite quibus verbis? Amen dico vobis, nescio vos, scire velim cur illas non repellat aliis verbis, exempli causa, ut habeat patientiam, nuptias pro his non esse paratas eas non esse dignas, quæ admittantur, ideo abeat. Verum his omnibus panis se in expedit dicens, Nescio vos, id est non approbo vos, dicit Angelicus. D. Hieronymus sic ait: Novit enim Dominus eos qui sunt eius, & qui ignorat, ignorabitur, & licet virgines sint, vel corporis puritates, vel vera fidei confessione tamen qui oleum non habent, ignorantur à sponso.

Et quidam auctor modestus ad meum propositum respondet: Nescio vos: Ac si diceret oculos habeo obvelatos, nec vultus vestros observo, an satis revolvit; juvenes, senes, nobiles, ignobiles, divites, vel pauperes, solum attendo merita causa: Nescio an venusta sitis, & gratiarum merito in vobis facta puella: Nescio an sitis venusta, nobilitate, & in tenera aetate. Nescio an opulenti à periculo non bona causa. Personam, & earum qualitates quasi nescio, & causa merita tantum ad iudicium ito.

Sed maxima pars iudicum huius temporis respicit personam hominum, attendit an aliquis sit dives, nobilis.

16. Antequam suam primam partem, aliam scripturam adducere volo. In Hebræos incidit mulier adultera, quam juxta legem Moyses lapidibus obruendam allegabant. Sed voluerunt ei porrigere aurem, ejusque rationes audire. Dederunt ei locum ut se defenderet, & nostrum Salvatore advocatum ejus constituerunt: Magister hac mulier modo deprehensa est in adultario, in lege mandavit nobis Moyses lapidare. Tu ergo quid dicis? Christus se inclinavit, vultum deprimi, oculos dejecit, & extendens dexteram scripsit in terra: Inclinas se digito scribebat in terra. Cur non erigit vultum uti debet iudex facere, dum fert sententiam. Forsan se inclinavit ut legem observet, quæ sic habet: Iudex debet ferre sententiam in scriptis. Etro si non id fecit ad docendum iudices, ne accusatam accusatores in faciem respiciant. Hoc fecit Iesus cum ferre sententiam contra Ioan. P. adulteram rogatur: Duo hoc facto innuit, quod non in Eccl. imitari debent iudices; imprimi inclinavit se deo, ut terram tantummodo respiceret, & à reo & accusatoribus vultum averteret.

Ut sciretur se velut iudicem partialem nullius faciem atterdere: Non respicit personam hominum, hoc imitentur iudices, & neque accusatores personam suscipiant.

17. O quot sunt iudices, qui non faciem, sed bustam spectant, apud hos dives prævalet, & omnibus aliis antefertur: Pro his non habent portarium, nec unquam est incommoditas illos audendi. Sacri Evangelistæ de Iosepho ab Arimathea sic loquuntur. Introvit audacter ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Duo hic admittit. Primo cur ita audacter Pilatum accesserit, & sine aliqua repulsa voti compos factus fuit: Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et si causam scire vultis, eam assignat Dionysius Carthusianus, erat nobilis decurio, id est unus de curialibus. Ergo pro illo nullus sit portarius, intret quando placet, detur illi quod placet, & intret quando lubet. Sic observat Pasch. D. Pasch. chasius Ratbertus: Dives dicitur, ut ostenderet Ratbertus in causam quare à Pilato potuerit impetrare corpus D. Matth. Iesu, vel unde accessum ad eum habuerit, si fuisset in Bibl. pauper, mensis effluxisset, antequam haberet ver. Patr. audientiam, & dein negativum responsum habuisset cum optimis verbis: Pauperis, & ignoti non erat facultas ad Pilatum præsidem Romane potestatis accedere. Illud Homeri ejus curiæ inscribi potuit?

Io. Saresb. Ipse licet venias musis comitatus Homere lib. 3. c. 10. Si nihil attuleris, tibi Homere foras. fol. 247.

18. O quam verbis acerbis perstringit tales Innoc. III. summus Pontifex Innocentius Tertius, & vobis de contēptu qui corrupti prece, vel precio, qui tracti amore vel mundi. odio, dicitur bonum malum, & malum bonum. Vos lib. 2. c. 4. enim non attenditis merita causarum, sed merita personarum; non jura, sed munera, non justitiam sed pecuniam, non quod ratio dicitur, sed quod volup- tas affert: non quod lex sanciat, sed quod mens cupit. Non inclinatis animum ad justitiam, sed justitiam inclinatis ad animum, non ut quod licet hoc li- beat, sed ut liceat, quod hoc libet. Hi non habent aliam legem, quam propriam voluntatem.

Not. Gl. isti Sic volo sic jubeo, stat pro ratione voluntas, de usurap.

§. Luriv. V & vobis, qui respicitis personam hominis, Dama- nati celsis, & cælo exclusi, Divus Joannes cæ- lum apertum, & omnes beatos circumspexit:

Apoc. c. 7. Vidit urbem magnam, quam dinumerare nemo poterat. Et ex qualibet tribu Israel erant duode- cim millia: Ex tribu Juda duodecim millia signati.

Gen. c. 49. Sola tribus Dan fuit exclasa. Sed cur? Dan inter- pretatur judicans, vel judicium. Sic prædixit mor- ribundus Jacob, Hoc cælo excluditur. Audite Hugonem: Tribus Dan, id est Advocati non nu- merantur in catalogo Sanctorum. Dan interpreta- tur causa, vel judicium, & significat Advocatus, & contentiosus, qui tuis timendum est, ne à numero servorum Dei excludantur. Scio quod tibi displi- ceant mea verba, sed Deus odit tuas actiones, & tamen te non emendas, sed omni die sis pejor.

B Thom. à Responde ad interrogationem, quam tibi pro- Villa Nov. ponit meus beatus Thomas, ut quis es, responde- Dom. 3. bis, ego sum iudex, prator, & decurie, præfectus, Adv. magister, censor. Et nunquid servas rectam regu- lam? non possum omnino, sed necesse est aliquando aliquantulum flectere precibus, & rogatus aliquo- rum procerum, & præcipue eorum, qui apud Re- gem gratia, & favore præstant. Intercedit amicus, cui si nego cum vi superio rejiciatur ab officio. Et nunc quid accipis munera? aliquando; nam non possum sustentare domum meam, salarium est modicum, sumptus immodicus, non equidem agros fodere, aut arare quos, ex meo officio alendus sum. Et utinam agros arares, vel foderes, melius enim fuisset esse aratorem quam iudicem.

Quam melius esset tuæ animæ ut esses Aga- so, quam Advocatus, dum es injustus, & regis in

virga arundinea, & non ferrea. Deus vos liberet à medico, & advocato. Ille vitam, hic opes vobis auferet, & quiesco.

ALTERA PARS.

19. Diximus superius iudices debere cetero o- culis, & tamen sunt Argi. Et quod pejus est; cum non debeant habere manus, sunt tamen Btari, apud quos plus valent manus, non tamquam rationes. Thamar uterumque debet inuen- te autem partu apparuerunt gemini in utero. Hi duo certantur quinam primus egredietur: utrius- que debent fore, hinc primogenitum & hereditatem debent. Zara niam extendit, quæ ab obli- trice fuit signata, & cum retraheretur Pharisimò est egressus. Cui putatis assignatam primo- genituram? sine dubio dicitis Phares, qui primò natus est: etatis, sed illam obtinuit Zara, nec aliam ob causam nisi quod prior extendit manus. Si inter duos agatur lis de hereditate, vel gravi summa pecunia, quem putatis obtenturum sententiam? ille, qui majora munera manu ex- tendit. Zara vincit.

20. Plutarchus Stratoclem, & Democleas duos iudices dum ad tribunal irent, hinc verba dixisse scribit: Eamus ad iudicium autem, sic enim tribunal, & curiam appellare consueverunt. Id eos dixisse credo, quia non intenderunt veritatem, sed lucro proprio. Audite Angelicum: Hæc in his- lis iudices facti sunt mercenarii, sicut & Domini, unde agunt non ad utilitatem subditorum, sed ad suam finem. Porro litigantes patiuntur instar pomæ madidi, qui comprimitur, sic unus iudicium, vel advocatorum ex una parte exprimitur negan- do, & alter ex altera parte affirmando, sic am- bo eliquant aquam, imò sanguinem, & sub- stantiam miserorum hominum. Et demum li- tem magis profuisse advocatis, quam clericis videmus.

21. Recordor me legisse apud divum Chry. D. de som- nostomum litem, quæ mirabilem finem habuit. Quidam Dominus agrum in quo thesaurus latebat communi pretio vendidit, cap- tot dum foderet, ut arbores plantaret, thesau- rum invenit, & quis erat homo confiteciosus venditorem adit, dixitque (quis id crederet) ut thesaurum acciperet, se emisse agrum, & oon thesaurum, negavit id venditor, dicens se agrum cum omnibus contentis vendidisse. Id ego